Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

eum repulisset. Sed increpat eos qui aduenerant
magistros et seniores qui tale traditionem statuerant
dicentes. **Ieron.** Cum uos propter traditionem hominum precep
ta dei negligatis: quare discipulos meos argu
endos creditis quia seniorum iussa parui pendunt ut dei
scita custodiant. Nam deus dixit. honora patrem et ma
trem. honor in scripturis non tantum in salutationibus et officiis
is deferendis: quantum in elemosinis ac munerum
oblatione sentitur. honora inquit apostolus uiduas que uere
uidue sunt. hic enim honor donum intelligitur. Preparaque
deus necessitates uel etates uel penurias parentum
considerans ut filij honorarent etiam in uite necessariis mi
nistrando parentes suos. **Criso.** Voluit enim monstrare
quia parentes erant ualde honorandi: per hoc quia adiunxit
et premium et penam. Sed deus hic premium pretermittit quod
honorantibus repromittit. scilicet esse longeuum super terram. po
nit quod terribile est. scilicet penam ut et ipsos stupefaceret
et alios attraheret. Unde addit. Et qui maledixerit
patri uel matri. morte moriatur. Per quod demittat eos
morte dignos esse. Si enim qui uerbo dehonorat paren
tes morte punitur multo magis uos qui opere. Et
non solum dehonoratis parentes: sed et alios hoc docetis.
Quomodo ergo uos digni eritis qui discipulos meos ac
cusatis? Quomodo autem dei mandatum traditionem irritam fa
ciant subdit. Uos autem dicitis. Quicumque dixerit patri
uel matri munus quodcumque est ex me tibi proderit. **Ieron.** Prouin
ciam enim prudentissimam dei legem nolentes scribe et pharisei
quam suam uellent ut impietatem sub nomine pietatis inducerent
docuerunt pessimos filios ut siquis ea que parentibus of
ferenda sunt deo uouere uoluerit quod uerius est prophetis obla
tio domini preponatur parentum muneribus. **Glo.** Ut sic lege sensus
quod ego offero deo meum est et proderit tibi non debes sumere
ex bonis meis in tuos usus sed pati ut deo offeratur. **Ieron.**
Uel certe ipsi parentes que deo consecrata cernebant ne sacrile
gij crimen incurrerent declinantes egestate consume
bantur atque ita fiebat ut oblatio liberorum sub occasione
templi et dei in lucrum cederet sacerdotum. **Glo.** Ut sic lege sensus. Ex
cusat. i. quisquis quis uestrum iuuenes dixerit. i. dicere potuerit
uel dicet patri uel matri. opere munus quod est deo ex me
iam deuotum proderit et ad munus. q.d. non debes
sumere ne sis reus sacrilegij. Uel post legi potest
subaudiri hoc modo. Quicumque dixerit patri etc. subaudi
faciet dei mandatum uel complebit legem uel erit
dignus uita eterna. **Ieron.** Potest et hunc breuiter
habere sensum. Compellitis inquit filios ut dicant paren
tibus suis quodcumque donum oblaturus eram deo in tuos
consumo cibos [illegible]. q.d. n. **Glo.**
Et sic per istas persuasiones auaritie uestre ille
iuuenis non honorificabit patrem et matrem. Unde
sequitur. Et non honorificabit patrem et matrem. q.d.
Uos filiis ista persuasione facilitatis et per hoc filij
eam patrem et matrem non honorificabunt. Et irritum man
datum dei delinquentibus parentibus fecistis irritum
propter traditionem uestram. scilicet auaritie uestre seruientes.
Aug. Euidenter apparet ex hoc ostendit et illam dei esse legem — Et ad sclauum legis
quam hereticus blasphemat et iudeos habere suas traditiones — prophanas
alienas a propheticis et legitimis libris alienas quas apo — et aniles.
stolus appellat prophanas fabulas et aniles. **Aug.**
Multa et nos hic docet [illegible]
[illegible]
[illegible]
ista mandasse. **Aug.** Uel aliter. munus quodcumque ex me — De quibus
tibi proderit. i. munus quod offero causa mei ad te iam perue — eum.
nit. Quibus uerbis significat filijs iam non necesse esse parentibus pre
se oblationem que ad eam etatem peruenisset ut parentem
iam ipsi offere possent. In hac ergo etate constitutos ut
presentem parentibus suis hoc dicere cum si dixisset negabant
pharisei reos esse in parentibus non prestaret honorem.

Ypocrite bene prophetauit de uobis ysaias dicens. Populus hic labijs me

Monstrat. **Criso.**
uat deus quod pharisei non e
rant digni accusare
transgredientes mandatum
seniorum cum dei legem destru
erent. Unde et increpat
eos ypocritas et propheta unde dicit
Ypocrite bene prophetauit de
uobis ysaias dicens. Populus
hic. labijs me ho. cor autem eorum lon
ge est a me. **Remig.** Ypo
crita dicitur simulator qui aliud